Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



170

tunc montem Sitten tunc temporis ibatur via regia) praefuturus esset; quædam mulier habens vultum tumidum et lividum accessit ad ministrum Pontificis, qui ei abluendis manibus aquam proparabat, suggeliens, ut post ablutionem manuum Episcopi eandem aquam sibi porrigeret. Ille vero indignando repulit eam, mulier vero fidem non fictam et spem firmam habens in Domino, et in meritis Beati Viri, a longe stabat expectans: et cum post ablutionem manuum Episcopi minister ille aquam projicere vellet, illa parata erat cum vase suo, et eam recepit. Sed cum Episcopus ad Comites praeductos pervenisset, et cum omni humilitate pacem ab utraque parte postularet; Tirolenses ad preces Episcopi pacem dare et recipere parati erant; Comites vero de Eppan nullo modo poterant (induci), ut in facienda pace Beati Viri precibus acquiescerent, quia tunc majores vires habere videbantur. Propterea ad ultionem istius contemptus Divino Judicio factum est, ut ex eo tempore in bello illo semper inferiores existerent, qui antea superiores esse consueverant: nec priores vires resumere poterant, quas justo judicio perdiderant. Cum autem in reditu suo Beatus Pontifex iterum esset in Adano (l. Lidano) in eodem loco, in quo prius fuerat, videlicet apud Lengenscome (l. Lengenmose), praedicta mulier accessit ad ministrum, cujus superius mentionem fecimus, dicens ei: Quid vestra utilitati deperiit in hoc, quod per ablutionem illius aqua, quam mihi negastis, caeleste beneficium sensi, et sanitatem recuperavi? etc.

183) Adelzreiter Annal. Boii. p. I, l. 22, ex Chron. Slav., Anonymo Weingartensi, Arnoldo Lubec., etc. Brunner Annal. Boii. l. 13 ad an. 1172. Ad annum 1171 refert Falkensteinius diploma ~~illud~~, quo Henricus Jerosolymis tres lampades in templo Resurrectionis fundavit.

184) ~~Otto de S. Blasio Arnoldus Lubecensis Barcio apud Stumium Corp. Hist. Germ., addens: cumque Dux adhuc~~ Brunner Annal. Boii. l. 13, ex Cont. Urspergensi, Ottone de S. Blasio, Alberto Stadensi, Arnoldo Lubecensi, et Chronico Weingartensi. Adelzreiter Annal. Boii. ~~l.~~ p. I, l. 22. Burglehner Ag. Tirol. l. 13, c. 9: Causas, ob quas Henricus se bello subduxerit, varias assignant Scriptores. I. ~~Consilium Jordani Druchsessii.~~ ~~Burglehner~~ als der Kayser vor Mayllandt gelegen, ist Heinrich durch ainen aus ~~sein~~ seinen gehaimben Rathen Jordan Trugsessen, so von den Welchen mit gelt bestochen vnd eingenomen was,

+ 1182*) Fuerat is Praepositus Claustri Neoburgensis ad Dannbium in Austria. Inde ad Brixinensem Cathedram, Heinberto defuncto, postulatus erat. Interfuit Comitiis Ratisbonensibus anno 1156. Cum XXIII annos sanctissime gubernasset Ecclesiam Brixinensem: anno 1165 proxima die ante Vigiliam Nativitatis Domini, cum confessionem peractorum suorum sicut semper solebat, cum magna contritione fecisset, et in multa patientia flagellatus fuisset, Missarum solemnia devote celebravit, et balneum aquarum, quo tamen nonnisi pro necessitate infirmitatis uti consueverat, sibi praeparari fecit. -- Ergo ante diem festum, cum a fonte ipsa aqua sibi hora ejus, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem; de aquis illis calidis vocatus a Domino, plenus virtutibus obdormivit in pace. Anonymus Claustroneoburgensis in vita B. Hartmanni. Vid etiam Burglehner l. 4, l. 16, c. 3, ubi additur Successor: Otto Graf von Andechs ein Bruder Graf Berchtolden, als er funf Jar lang Bischof gewesen, kaiser das Bistumb hernach resignieret. Hist. Bav. p. II, f. 440.

/ kriegen